



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum peccata distinguantur specie secundum causas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS II.

¶ Super quest. septima
gestina; cunda; arti-
culum secundum.

Vtrum conuenienter distinguantur pec-
cata spiritalia a carnalibus.

IN 2. art. nihil scri-
bendum occurrit,
nisi ut notes in
Principio corporis,
quod in omni pecca-
to inuenitur appeti-
tus alicuius boni com-
mutabilis, & inordi-
natio: & consequen-
ter in omni peccato
uera est doctrina su-
pradicta de specifica-
tione ex parte con-
uersionis, & no; auer-
sionis.

Inf. q. 93. ar.
5. co. & 2. 2.
q. 118. art. 6.
co. & 1. co.
¶ lec 3. & 2.
corp. 7.

dicuntur opera carnis, ergo non sunt distinguenda peccata carnalia a spiritalibus.

¶ 2 Præ. Quicumque peccat, secundum carnem ambulat, secundum illud Rom. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. sed uiuere uel ambulare secundum carnem, uidetur pertinere ad rationem peccati carnalis, ergo omnia peccata sunt carnalia, non ergo sunt distinguenda peccata carnalia a spiritalibus.

¶ 3 Præ. Superior pars animæ, quæ est mens uel ratio, spiritus nominatur, secundum illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. ubi spiritus proportionem ponitur, ut ibi * gloss. dicit: sed omne peccatum, quod secundum carnem committitur, a ratione deriuatur per consensum, quia superioris rationis est consentire in actum peccati, ut * infra dicitur, ergo eadem peccata sunt carnalia, & spiritalia, non ergo sunt distinguenda adinuicem.

in gl. ordin.
& in eodem
ritidem.
q. 74. ar. 7.

¶ 4 Præ. Si aliqua peccata specialiter sunt carnalia, hoc potissime intelligendum uidetur de illis peccatis, quibus in corpus suum peccat aliquis: sed sicut Apostolus dicit 1. ad Corinth. 6. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, ergo sola fornicatio esset peccatum carnale, cum tamen Apostolus ad Ephesios 5. etiam auaritiam carnalibus peccatis annumeret.

Ca. 31. a. mo.

SED CONTRA est, quod Gregor. 31. Moral. dicit, quod septem capitalium uitiorum, quinque sunt spiritalia, & duo carnalia.

Art. præced.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, peccata recipiunt speciem ex obiectis. Omne autem peccatum consistit in appetitu alicuius commutabilis boni, quod inordinare appetitur, & per consequens in eorum habitu inordinate aliquis delectatur: ut at ex superioribus patet, duplex est delectatio. Una quidem animalis, quæ consummatur in sola apprehensione alicuius rei ad uotum habitæ, & hæc est potest dici delectatio spiritalis, sicut cum aliquis delectatur in laude humana, uel in aliquo homini. Alia uero delectatio est corporalis, siue naturalis, quæ in ipso tactu corporali percipitur, quæ potest dici delectatio carnalis. Sic igitur illa peccata quæ perficiuntur in delectatione spiritali, uocantur peccata spiritalia: illa uero quæ perficiuntur in delectatione carnali, uocantur peccata carnalia, sicut gula quæ perficitur in delectatione ciborum, & luxuria, quæ perficitur in delectatione uenererum. unde & Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Emundemus nos ab omni iniquitate carnis & spiritus.

q. 36. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut * gl. ibid. dicit, illa dicuntur opera carnis, non quia in uoluptate carnis percipiuntur, sed caro sumitur ibi pro homine, quod secundum se uiuit, secundum carnem uiuere di-

Ex Aug. fa-
micitur loco
mox dicitur.

ARTICVLVS III.

F citur, ut etiam * Aug. dicit 14. de ci. Dei. Et huius ratio est ex hoc, quod omnis rationis humana delectatio ex sensu carnali aliquo modo initium habet: per hoc etiam patet reponso ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod in peccatis etiam carnalibus est aliquis actus spiritalis, scilicet actus rationis: sed finis horum peccatorum, a quo denominantur, est delectatio carnis.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut gl. ibid. dicit, specialiter in fornicationis peccato seruit anima corpori, intantum ut nihil aliud in ipso momento cogitare homini liceat: delectatio autem gulae et si carnalis, non ita absorbet rationem. Vel potest dici, quod in hoc peccato est quaedam iniuria fit corpori, dum inordinare maculatur: ideo pro hoc solum peccatum dicitur specialiter homo in corpus peccare. Auaritia uero, quæ carnalibus peccatis connumeratur, propter adulterium ponitur, quod est iniusta usurpatio uxoris alienæ. Vel potest dici, quod res in qua delectatur auarus, corporale quoddam est, & quantum ad hoc connumeratur peccatis carnalibus, sed ipsa delectatio non pertinet ad carnem, sed ad spiritum. & ideo * Greg. dicit quod est spirituale peccatum.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccata distinguantur specie secundum causas.

¶ Super Quæstionibus
præmissis mensuratur
articulum tertium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod peccata distinguantur specie secundum causas. Ab eodem enim habet res speciem, a quo habet esse: sed peccata habent esse ex suis causis, ergo ab eis etiam speciem sortiuntur, differunt ergo specie secundum diuersitatem causarum.

¶ 2 Præ. Inter alias causas minus uidetur pertinere ad speciem causa materialis: sed obiectum in peccato est sicut causa materialis, cum ergo secundum obiecta peccata specie distinguantur, uidetur quod peccata multo magis secundum alias causas distinguantur specie.

¶ 3 Præ. * Aug. super illud Psalm. Inceffabili & iustissima: dicit quod omne peccatum est ex timore male humiliante, uel ex amore male inflammante. dicitur enim 1. Io. 2. quod omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ dicitur autem aliquid esse in mundo propter peccatum, secundum quod mundi nomine, amatores mundi significantur, ut * Aug. dicit super Io. * Greg. et 31. Moral. distinguit omnia peccata secundum septem uitia capitalia, omnes autem huiusmodi diuisiones respiciunt causas peccatorum, ergo uel quod peccata differant specie secundum diuersitatem causarum.

SED CONTRA est, quod secundum hoc, omnia peccata essent unius speciei, cum ex una causa causentur. Dicitur enim Ecclesi. 10. quod initium omnis peccati est superbia,

I n 3 articulo hoc lo-
cum notandum, quod
cum audire uel lege-
re soles, quod peccata
ita & actus humani
specificantur immo
diuersitatem motuum
uorum, intelligas de
motibus in eadem
causa finalis, dum
effectus, uel de
his que mouent ad
fines, id est, de
intentionis finibus,
non de his que
uidentur pure ad
propter quod peccatum
adulteri et
timore uel amore
actum, non differunt
specie. & simile est
aliis causis impati-
entibus. Aduerte tamen
hic, quod sermo præ-
sens est formalis, &
intelligitur de causis
actibus ut sic. Vnde
quando causa actus
uere inducerent ad
finem, tunc non
ratione causa actus
uere, sed ex ratione
nis potest diuersitas
ri species peccati
tingit. quod multum
perdat dictum
cil-gum, contentum
aliter lato: & tunc
actus ille est illo
more erit etiam ipse
cie sacrilegi, ad
conferendum erro-
natur: quamuis ab-
lute fuisse simpliciter
fornicatio, uel adul-
terium. Continetur
quod ne perdat
na sua, contentum
alicui: & tunc quod
nullus recondat
tali timore impati-
uo finis malus, non
datur peccato
specie

arr. 7. &
arti. 4.

15. &
om. 3.

Et to.
ca. 10.

42. q. 2.
q. 2. Et

species, & simile est de amore, si contentiar pp habendum vnde vult, vt cõter pauperes faciant. nõ enim p peccatũ in aliam speciem immo minuitur peccatũ ex bonitate finis.

Et 1. ad Timotheum vltimo, q̄ radix oĩum malorum est cupiditas. Manifestum est autẽ esse diuersas species peccatorum. non ergo peccata distinguunt specie secundum diuersitates causarũ.

RESPON. Dicendum, q̄ cum quatuor sint causarum genera, diuersimode diuersis attribuuntur. Causa enim for malis, & materialis respiciunt proprie substantiam rei: & ideo substantię fm formam, & materiam, specie & genere distinguuntur. Agens autem & finis respiciunt directe motum, & operationem: & ideo motus & operationes secundum huiusmodi causas specie distinguuntur, diuersimode tamen. nam principia actiua naturalia, sunt determinata semper ad eosdem actus: & ideo diuersas species in actibus naturalibus attenduntur non solum secundũ obiecta, quæ sunt fines, vel termini: sed etiam secundũ principia actiua, sicut calefacere, & infrigidare distinguuntur specie secundum calidum, & frigidum. Sed principia actiua in actibus voluntarijs, cuiusmodi sunt actus peccatorum, non se habent ex necessitate ad vnum: & ideo ex vno principio actiui, vel motiui possunt diuersas species peccatorum procedere: sicut ex timore male humiliante potest procedere quod homo furetur, & quod occidat, & quod deserat gregem sibi commissum: & hæc eadem possunt procedere ex amore. Vnde manifestum est, quod peccata non differant specie secundum diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed solum secundum diuersitatem causæ finalis: finis autem est obiectũ uoluntatis. * ostensum est enim supra, quod actus humani habent speciem ex fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod principia actiua in actibus uoluntarijs, cum non sint determinata ad vnum, non sufficiunt ad producendum humanos actus, nisi determinetur voluntas ad vnum per intentionem finis, ut patet per * Philosophum in 9. Meth. & ideo a fine perficitur & esse, & species peccati.

AD SECVNDVM dicendum, quod obiecta, secundum quod comparantur ad actus exteriores, habent rationem materiæ circa quam: sed secundum quod comparantur ad actum interiorem voluntatis, habent rationem finium, & ex hoc habent quod dicitur speciem actiui. Quamuis etiam secundũ quod sunt materia circa quam, habeant rationem terminorum, a quibus motus specificantur, vt dicitur in 5. * Phys. & in 10. Ethic. sed tamen etiam termini motus dant speciem motibus, in quantum habent rationem finis.

AD TERTIVM dicendum, quod illas diuisiones peccatorum non dantur ad distinguendas species peccatorum, sed ad manifestandas diuersas causas eorum.

Super Quaestiois septuagesima secundæ Articulum quartum.

IN quarto vero articulo, aduerte, q̄ codices multi corrupti sunt euidenter. primus n. ordo debet esse ordo diuinæ legis, secundus rationis, tertius socialis nisi quis dicat q̄ ly. pri mus, secundus, & ter-

ARTICVLVS IIII.

Utrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum, in seipsum, & in proximum.

AD QVARTVM sic procedit. Vt q̄ inconuenienter peccatum distinguatur per peccatũ quod est in Deum, in proximum, & in seipsum. Illud enim quod est commune omni peccato, nõ

debet poni quasi pars in diuisione peccati: sed commune est omni peccato, q̄ sit contra Deum. ponitur enim in definitione peccati quod sit contra legem Dei, vt * supra dictum est. non ergo peccatum in Deum debet poni quasi pars in diuisione peccatorum.

¶ 2 Præ. Omnis diuisio debet fieri per opposita: sed ista tria genera peccatorum non sunt opposita. quicumque enim peccat in proximum, peccat in seipsum, & in Deum. non ergo peccatum conuenienter diuiditur secundum hæc tria.

¶ 3 Præ. Ea quæ sunt extrinsecus, non conferunt speciem: sed Deus, & proximus sunt extra nos. ergo per hæc non distinguuntur peccata secundum speciem. inconuenienter igitur secundum hæc tria peccatum diuiditur.

SED CONTRA est, quod Isid. in li. de summo bono distinguens peccata, dicit q̄ homo dicitur peccare in se, in Deum, & in proximum.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut * supra dictum est, Peccatum est actus inordinatus: triplex autẽ ordo in hoie debet esse. Vnus quidem fm comparationem ad regulam rationis, prout s. omnes actiones, & passiones nostræ debent fm regulam rationis commensurari. Alius autẽ ordo est per comparationem ad regulam diuinæ legis, per quam homo in omnibus dirigi debet. Et si quidem homo naturaliter esset animal solitarium, hic duplex ordo sufficeret: sed quia homo est naturaliter animal politicum, & sociale, ut probatur in 1. * Politico. ideo necesse est, q̄ sit tertius ordo, quo homo ordinetur ad alios hoies, quibus conuiuere debet. Horum autẽ ordinum primus continet secundum, & excedit ipsum. Quæcumque n. continentur sub ordine rationis, continentur sub ordine ipsius Dei: sed quædam continentur sub ordine ipsius Dei, quæ excedunt rationem humanã, sicut ea quæ sunt fidei, & quæ debentur soli Deo. vnde qui in talibus peccat, dicitur in Deum peccare, sicut hæreticus, & sacrilegus, & blasphemus. Similiter est secundus ordo includit tertium, & excedit ipsum, quia in omnibus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi fm regulam rationis: sed in quibusdam dirigimur secundum rationem quantum ad nos tantum, nõ aut quantum ad proximum: & qñ in his peccatur, dicitur homo peccare in seipsum, sicut patet de gulo, & luxurioso, & prodigo. quando uero peccat homo in his quibus ad proximum ordinatur, dicitur peccare in proximum, sicut patet de fure, & homicida.

Sunt autem diuersa, quibus homo ordinatur ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. vnde hæc distinctio peccatorum est secundum obiecta, secundum quæ diuersificantur species peccatorum. unde hæc distinctio peccatorum proprie est fm diuersas peccatorum species. nam & uirtutes quibus peccata opponuntur, secundum hanc differentiam specie distinguuntur. Manifestum est enim ex * dictis, q̄ uirtutibus theologis homo ordinatur ad Deum; temperantia uero & fortitudine ad seipsum, iustitia autem ad proximum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ peccare in Deum, fm quod ordo qui est ad Deum includit oẽm humanum ordinem, cõmune est omni peccato; sed

Prima Secundæ S. Thomæ. V quan-

titus, non referuntur ad numerationem factam in litera, sed numerationem secundum naturam ordinem. & quia questio hæc non est de rebus, dicitur quicquid ut vult. Et in eodem art. nota regulam vniuersalem datam in responsione ad secundum de intelligendis, ac exponendis comparationibus eorum, quorum vnum clauditur in re liquo: & si scieris eam applicare, multas solues questiones.

q. 71. arti. 6.

q. 71. arti. 6.

Cap. 2. 10. 5.

Ex q. 64.